



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

LI. De Fratibus, qui non longè proficiscuntur. Quo te cunque seras,  
reditum si vespere speras, Sobrius abscedes, nil nisi jussus edes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)



g) *Id est, apud se secretò recitent Officium sinè cantu. Ex Bern. Cassinensi. Menardus verò & alii legunt, ibi, id est, in ipso itinere, horis præscriptis.*

2. APRIL. 2. AUG. 2. DECEMB.

CAPUT LI.

*De Fratribus, qui non longè proficiscuntur.*

**F**ratres, qui pro quovis responso a proficiscuntur, & eâ die sperant reverti ad Monasterium, non præsumant foris manducare, etiamsi omnino à quovis regentur: nisi fortè ab Abbate suo eis præcipiatur *b.* Quòd si aliter fecerint, excommunicentur *c.*

a) *Id est, negotio. Quo sensu etiam Greg. M. hanc vocem bis usurpat in Vita S. BENEDICTI cap. 12. quod híc utiliter leges.*

b) *Id est, permittatur. Ubi pensatis circumstantiis, ut difficultate itineris, invitantis dignitate &c. etiam epikia locum habet. Quin etiam modò in pluribus Monasteriis*



ficium  
tenar-  
in ipso

nasteriis est licentia generalis pro NB. ve-  
ris itinerantibus. Plura vid. in Statutis  
nostris Bursfeld. pag. 286. & seqq.

c) Vel majore, vel minore excommunicatio-  
ne, secundum rationem excessus, & con-  
ditionem delinquentis. Ex Turrecrem. &c.

B.

3. APRIL. 3. AUG. 3. DECEMB.

## CAPUT LII.

### De Oratorio Monasterii.

profu-

pro-

everit

foris

is re-

pra-

, ex-

Greg.

. BE.

leges.

r cir-

invi-

n ha-

Mo-

steriis

Oratorium a hoc fit, quod dicitur;  
nec ibi quidquam aliud geratur, aut  
condatur b. Expleto Opere Dei omnes  
cum summo silentio exeant, & agatur c  
reverentia Deo: ut Frater, qui fortè sibi pe-  
culiariter vult orare, non impediatur al-  
terius improbitate. Sed & si alter vult  
sibi fortè secretius orare, simpliciter d  
intret & oret, non in clamosâ voce e, sed  
in lacrymis & intentione f cordis. Er-  
go qui simile opus non facit, non per-  
mittatur expleto Opere Dei remorari g  
in Oratorio, sicut dictum est, nè alius  
impedimentum patiat.